



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

XV. Quomodo hi tres interierunt carnifices, & eorum dominu[m] qualis  
pœna ceperit, seu qua miseria posteritas eius affecta sit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

tionis declaratum est, deberi felices RELIQVIAS fe-  
stinato ad urbem R ATISBONAM inde transferri. Vnde  
primates loci illius adunati, sublatum à sepulchro vene-  
randum corpus ad ISVRAM fluuium naui imposuerunt,  
accensis, iuxta religionis medium, cæreis. Ibi cum de-  
fluuium iter, amne in propria ruente, sequerentur, per ostia  
ipsius ad Danubium intrauerunt. Inde contra ortum flu-  
minis emitentibus, quod sine magno labore consuetudo  
naturæ non præstat, tanta celeritate res immobilis con-  
tra mobilem meritis Martyris propellitur, ac si velum ven-  
tus post flumen intenderet. Auxit hunc stuporem in eo  
comitatu res admodum mirabilis, sed tamē sancti viti mo-  
ribus comparabilis. Nam sicut ille in hoc mundo conuer-  
satus inter grassantis stultitiae turbines, nec ignem superni  
amoris, nec veritatis lumen amisit, ita cadelæ iuxta sacrum  
illius corp° accensę tempestatum flamina atq; imbrum flu-  
mina iugi sereno despicerant, consalutantibus tam clarum  
signum, & coniubilantibus vtrisq; littoribus. Hac alacritate  
urbem prædictam ingressi, obuiam habuerunt sacros cleri  
ordines, & prævia religionis vexilla, cū reliquo processionis  
ritu, principemq; THEODVM prouincia cum optimatib°,  
effusa in aduentum sui patronitata regione, quorum hym-  
nisonis vocibus tellus videbatur esse concussa. Itaq; in bea-  
ti \*GREGORI Martyris Ecclesia, quā ipse quondam oratio-  
nū familiaritate frequentabat, sollempni celebritate com-  
posito truculentia furentis auræ quieti reditq; pax ætheris  
& arbitriū luminis. Traditur autē firmaq; assertione proba-  
tur, quod in illa via, qua leuatus à naui ferebatur ad Ecclesi-  
am triginta signis diuina cū pietas CLARIFICARET.

## XV.

Quoniam de exercitio certaminis Pontificis atq; tri-  
umpho cognita & credita contexit oratio, consequens es-  
te vi-

Se videtur, quis rerum finis persecutores eius præsentia-  
liter ceperit, enarrare; quatenus & hæc cognitio & fræ-  
net improbos, & tueatur probos; dum non audent isti,  
quæ volunt; & non patiantur illi, quæ non debent. Si-  
cū superius diximus quinq; sunt electi, qui eum torque-  
rent, ex quibus duos facinus terruit, tres verò & ad auden-  
dum & ad perpetrandum scelus foris, imperium senioris  
incitat, atq; insta medullitus iniquitas exacuit. Vnde ti-  
midi duo illi, preces pro his fundente sancto Martyre, venia  
donati, in pace deduxerunt tempora; reliqui verò intra  
septē dies spiritui cui seruierunt in mūdo traditi, atq; horri-  
biliter diuq; vexati, tandem quodam intempestæ noctis si-  
lentio in desertum ruunt; ubi per loca confragosa & inac-  
cessibilia lymphando perierunt: neq; postea aliquo in loco  
vel viui, vel defuncti comparuerunt; duplice contritione,  
sicut ait Propheta, contriti. Sed & L A M P E R T U S eorum dñs *Ierem. 17.*  
consurgente contra eum nata ex sceleribus suis occasione,  
perpetuo damnat⁹ exilio, procul à suis digno despectu euau-  
nuit; hac in posteros hæreditate pœnarū relicta, ut infra pau-  
cos annos, immaturę mortis falce præcisi, penè omnis vita  
difficulter extorta, pro innocuo Martyris sanguine disser-  
perētur. Qui vero supereste poterant, vel adhuc supersunt,  
eadem infelicitatis forma misera testantur prosapiam, &  
calamitosam breuitatem imbecillis vitæ suspirii debent  
potius quam vſibus. Et quid mirum? si consanguineos e-  
ius sanguis innocens tetigit, cū & ædificia ipsius secundum  
illud propheticum: *Fiat habitatio eius deserta, & in taberna-  
culo eius non sit, qui inhabitet, damna impietatis eius tu-  
lerint;* ita vt virgultis & vrticis ascendentibus ruinosa de-  
formitate delapsa humana conuersatione sint incongrua,  
damnabilemq; ac detestandum hominem, & iam insensibi-  
lium neglecta figura declameret,

*Psalm. 62.*

Dixi-